quæsumus,ut ipsum pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Amen.

Depuis la Purification jusqu'à Pâques.

AVE Regina Cœlorum ;
Ave, Domina Angelorum ;
Salve, radix, salve porta,
Ex quâ mundo lux est orta.
Gaude, Virgo gloriosa,
Super omnes speciosa,
Vale, ô valde decora,
Et pro nobis Christum exora.

v. Dignare me laudare te. Virgo sacrata :

ʀ. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oremus.

CONCEDE, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: ut qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus, Per, &c.

Depuis Pâques jusqu'à la Trinité.

REGINA Cœli, lætare. Alleluia ;
Quia quem meruisti portare, allel.